


HPΩON.
VIRTVTI
INCLVTI DVCIS,
HENRICI IVLII.



HELMESTADII,
Typis Iacobi Lucij. Anno

1601.





Cilicet hoc animus quondam cordatus, &
expers

SInuidiæ pectus primis præsagijs annis,
Cum primùm populi furor & petulantia patrum
Radices ageret gliscens, alijsq; sibiq;
Tum diffusa, palam haud auderet tollere cristas.
Hoc quoq;, nec falli, nec fallere conscientia virtus
Promisit, ratioq; in principe rara, futurum,
Vt latus in proprium funesta rebellio sese
Veriteret, autoremq; ad pænas posceret ipsum.
Est D E V S: est certè numen, mendacia pernix
Vlcisci, & vitam perituro reddere vero.

Idem animos tibi, magne heros, D E V S addidit
autor:

Ille tuos hostes sine bello & sanguine struit,
Exemploq; tuo docuit præsente rebelles
Corde retundere, nec phaleratis cedere diris:
Dum duplēcēm, siue hydrā aliquis, seu forte chimæ-
ram

Dixerit, haud falsus, simul vno tempore victimam
Conculcas, pietatis iustitiæq; patronus.

A 2

Dici-

Dicite, Pierios quantum coluisse recessus
Scribitur, abiuratæ aliquid confingere Musæ:
Dicite: siue suos educat mane veredos,
Siue immerget aquis autor rectorq; diei,
Quem potuit vidisse pari virtute secundum,
Aut hoc principe maiorem? diuinior illi est
Ortus, & heroum deductus origine sanguis.

Incuneis alij sedeant, aureisq; fatigent
Litigijs, putealq; graui vibice flagellent:
Constituant leges, & ferrea iura superbo
Vulgo alij figant, queis curia, quomodo regnum,
Insanumq; forum & tabularia quæq; regantur.
Vnum alijs sit opus, peregrino amplissima ritu
Atria moliri, & cœlo quæ dira minentur
Vertice, congestis saxis educere turres.
Hic petat excidijs vrbem, miserosq; penates,
Exilioq; domos & dulcia limina mutet,
Atq; alio patriam quærat sub Sole iacentem.

Nil tibi, magne heros, tibi nil natura negauit,
Nil non istorum melius sapientia præstat.
Tu regis imperio populos, tu legibus æquis
Iustitiam terras hominesq; valere iubenteris
Retrahis: ingenti sumtu arces extruis idem,

Musis

Musis hospitia & truculenti obstacula Martis:
Tu paci patria scis arte imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare rebelles.
Vsq; adeò nulli tua facta & gloria cedit.

Sed tamen hoc vnum est, nulliq; imitabile,
soli,

Quod diuturna tibi peperit solertia, quando
Limpida Pegasei haud fastidis pocula fontis,
Contempsisse lacus ausus, sterilesq; paludes.

Est aliquid doctis multum inuigilare Camænis,
Et sese imbibitas velle aternare per artes:
Sed si tenter idem tanto molimine princeps,
Is punctum ferat omne & non sine nomine palmā.

Dum iecore ex alieno alijs sapiunt, alienis
Incedunt plantis, alienoq; ore loquuntur,
Inq; alieno habitant maiori ex parte cerebro:
Tu sapi ipse tibi, proprioq; in corde senatum
Gestas, quod fas est, ex illo promere gnarus.
Tu iam iam ad scopulos rapiendæ in tempore nauis
Succurris, tu Palladium iam sede remotum
Confirmans, vnuſ ruituram restituīs rem.

Vadit ouans fraude & falso faciem illita fuso
Barbarics, vtq; Oceani si forte dehiscunt

noī

A 3

Lit-

Littora, conclusasq; suis compagibus vndas
Exonerant, ruit immensum passim agmen aqua-
rum,

Præcipites glomerat fluctus, sata læta, labores,
Quæis bos succubuit sæpe & caperatus arator,
Diluit, & grauidam segetem ab radicibus imis
Eruit expulsam, spumat torrentibus æquor:
Sic, quæcunq; die multo, quæ nocte frequenti
Repperit argutus scrutator, ea omnia cæno
Collutat, & larga sorde ignorantia inundat.
Ultima nunc sibi te genuerunt secula certum
Subsidium, quò ampullantem & magnam ore fe-
rentem

Sese barbariem, cristas demittere, humiq;
Serpere, vel stygias doceas vestigia ad vndas
Rellegere, & tetricis defeces fôrdibus artes.

Qui nummos cudit vetitos, qui scortea vulgo
Venditat, aut alia arte numismata adulterat, illum
In cruce suffigi, & Vulcani iure furori
Sacrificari, omnes acclamant, nemo repugnat.
Quantò rectius hos de saxo & rupibus altis
Præcipites dare, & arboribus disrumpere passim
Curuatis leges iubent, ius comprobet ipsum.

Non

Non hi in splendorem coetæ portiscula terræ
Deprauant, nummoq; emungunt æneo auaros;
Sed mentem, quam diuinæ D E V S optimus auræ
Particulam nobis indulxit, eaq; palato
Et ventri natas pecudes præuertere iussit,
Præcipitant à sede sua, multoq; labore
Sæpe recocta animi corrumpere fercula tendunt.

Te sibi nunc meritò saluum, Heros inclute, Musæ
Exoptant, quibus ipse salutem & munera reddis
Perdita, dum centum tumidam ceruicibus hydram,
Quæ iam huc vsq; tuo seruata videtur honori,
Conficis, innocuas quassari impune Camænas
Haudquaquam patiens. Ea nunc, quia tessera fra-

cta est,

Excipiat se, quôue ferant auræue pedesue
Aufugiens, faciem vctitis absterreat oris.

Tu decus interea, tu vasti gloria mundi,
Perge inspersa sacris euoluere nubila Musis,
Perge, inquam, Icarijs pennas præcidere laruis:
Iam tibi prouoluit se, iam tibi porrigit herbam
Barbaries, cupidusq; alijs insidere fastus.
Quantam diua parat tibi pro hoc tua Iulia laudem,
Quantam exinde tui iam dudum plenus honoris

Orbis,

Orbis, qui tua se totum in præconia soluit.
Vno te ore ferent quoscunq; Oenotria vini
Prodiga commendat, quos sæua Britannia quon-
dam,

Edomita humanis nunc artibus educat, aut quos
Saxonia, opprobrium Romani nominis olim,
Nunc domitrix alit, atq; in spem generosa futuram
Ostentat: te Danubij, teq; accola Rheni
Dicet, te tantum non vltima Thetys, & ultra
Mundi extremum orbem Thule proiecta silebit.

T. Celsitudini

humiliter subiectus

M. Henningus Arniscus, Ex Cheruscis
Halberstadiensis.

FINIS.



Daguerre

223

AB:59072

ULB Halle
001 949 837

3



Retro

XD17



